

quia vitam influit in membra spiritalia *A ad fol 23. pag. 1.*

fui corporis mystici. II. illum stare in medio, vt Pontifex ad peccata purgāda, vt Doctor ad ignorantes sapiētiā illuminandos, vt Rex ad liberandum impotentes. III. Iudæos Christum nescisse triplici ex causa, ratione cæcitatē ex malitia, ratione obscuritatis ex sapiētia mundana & Deo inimica, ratione tenebrarum ex odio & inuidia fraterna. *To. 3. serm. I. D. serm. Domin. 3. Adu. pag. 12.*

Eiusdem, ser. secundus in illa verba, *ipse est qui post me venturus est, qui ante, &c.* Christi Domini humilitatem commendat ex quatuor, quia qui prior erat, probis factus est posterius; qui diues, egenus; qui dominus, seruus; qui haeres, alienus, *ibid. serm. 3. Domin. 4. Aduent. pag. 16. 17.*

* DIONYSII CARTHUSIANI in Epist. sermo in hæc verba. *Nolite ante tempus iudicare, I. Corinb. 4.* de modo iudicandi & corripiendi differit & dicit. De incertis & dubijs non iudicandum; & de illis de quib⁹ nescimus an bono vel malo animo facta sint, vel vtrum ex rationabili causā contigerint, excusationemque habeant an non. Vnde saluberrimum est vt vnusquisque peccata sua consideret & diiudicet; aliorum defectibus & peccatis non se immoderatè occupet, &c. *Ex sermonib. de Temp. fol. 2. a pag. 1 ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo primus in Euang. hodiernum. Quilibet fidelis debet esse vox clamantis, id est, organum Dei, qui per ministros suos multipliciter clamat vt vitia deserant, virtutibus insistant: Clamat autem Spiritus Sanctus per suos seruos, nunc exhortando; nunc increpando, nunc instruendo, nunc comminando, nunc consolando, nunc promittendo. Christianus ergo vox Dei ad proximum saluandum ex charitate esse tenetur: quia I. vnicuique mādauit Deus de proximo suo; 2. omnes Christiani sunt, confratres non solum communionē naturæ, sed religionis, commilitones contra eosdem hostes pugnam habentes, coniuatores; 3. meritorium sit, modis inductis vocem Dei esse: *In sermonib. de Temp. a fol. 22 pag. 2.*

Eiusdem sermo secundus in duas partes distribuendus. Prima. Cæli viā pandit quæ pulchra & splendida, quia ex charitate & gratiā oritur, luce rationis perfunditur, lucis totius fonti Deo nos vnit, gratos ac placitos facit, ad lumen gloriæ, charitatem cœlestis patriæ increatæ lucis fruitionem beatificam nos perducit: Proficientibus suauis efficitur: virtutes enim ex suâ naturâ suaves sunt; salubre Deo vnitum esse & inherētem, mortificatæ sunt in eis passiones, & sensualitas rationi subiecta est, per donum gratiæ & feruidam charitatem dispositi sunt ad supernas illuminationes, & internas delectationes. Secunda. Viam aperit inferni, quæ turpis ac tenebrosa, quia passionibus atque erroribus obtenebrata procedit vitiorum, impietate ac turpitudine foeret, ad infernales tenebras ducit, tenebrarum potestatibus placet, coniungit; & locum mansionemque præstat: Impijs autem tenebrosa est, quia nesciunt vbi corruunt, propria non aduertunt pericula, nec enormitatem suæ ruinæ intelligunt; cadunt à summo & incommutabili bono ad vana & caduca, & à summo virtutum ad profundum vitiorum. *Ex ser. de Tempore fol. 23. pag. 1. & 2.*

I. GERSONII sermo in Euangelium. I. quæstiones aliquas proponit ad sensus litteralis intelligentiam facientes. II. contra luxuriam agit, & respondet his qui dicunt peccata sua defendendo, Deum non debuisse prohibere simplicem fornicationem, sed non posse continere ac castè viuere, se velle quidem à luxuriā abstinere, sed non tam citò, & peccatum carnis esse omnium peccatorum minimum. *Tom. 2. part. ser. Dom. 4. Adu. à col. 335. ad 4. col. 342.*

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelium, Dominica quarta Aduentus ad populum habita, varias quæstiones litterales soluit, multa documenta moralia interserit, humilitatis virtutē, virtutumque conseruatricem, exemplis sanctorum multum commendat. *Tom. 3. homil. 7. in Euang. col. 16. & seq.*